

HUA Archief Domkapittel toegangscode 216 inventarisnummer 2824-3 gedateerd 17 november 1309

Venerabilibus viris et dominis capitulo maioris ecclesie Traiectensi Lambertus dictus Vrese, miles, quidquid obsequii et honoris poterit cum salute. Venerabilitati vestre significo quod cum altare in medio altarium nove fabrice ecclesie vestre situm do-
taverim redditibus decem librarum boni pagamenti recipiendis ex quindecim iugeribus terre sitis in Ulven ? que
nunc colit Iohannes, filius quondam Lamberti, redditibus aliis qui supra creverint de dictis quindecim iugeribus solu-
(5) tis prius dictis decem libris annuatim presbytero prefatum altare officianti pro tempore nobis et nostris heredibus
perpetuo reservatis prout in litteris vestris super hoc confectis plenius continetur, quorum quidem iugerum sive cuius terre
proprietatem habetis libere a nobis resignatam discrete viro domino Lamberto dicto Codde, in ecclesia vestra capel-
lano imperii, omnes redditus de dictis quindecim iugeribus superexcrecentes et nobis competentes seu competere de-
bentes vel nostris heredibus in futurum et eorum proprietatem pro certis et iustis debitis in quibus eidem sum ex
(10) iusta causa obligatus, resignavi et dedi ipsique eosdem eorumque proprietatem do et confero per presentes volens ut
de eis libere ordinare et disponere valeat, prout sibi videbitur expedire. Item ego Aleydis, filia dicti domini
Lamberti, relicta Arnoldi de Venno omne ius quod michi in dictis redditibus competit et competere poterit in fut-
rum, eidem domino Lamberto dicto Codde per manum patris mei antedicti resignavi et contuli ac resigno et confero
per presentes. In cuius rei testimonium sigilla nostra una cum sigillo religiosi viri, domini Gardiani ordinis
(15) fratrum minorum in Traiecto, quod in testimonium apponi rogavimus, duximus presentibus apponenda. Et nos
Gardianus predictus ad preces domini Lamberti, militis, predicti et Aleydis, eius filie prenominate, apposuimus huic littere sigillum nostrum in testimonium premissorum. Datum anno Domini MCCC nono in die
beati Gregorii pape.

Aan de eerbiedwaardige mannen en heren, kapittel van de kathedraal in Utrecht, bewijs ik Lambert, genaamd Vrese, ridder, alle mogelijke gehoorzaamheid en eerbied tezamen met een heilwens.

Aan uwe eerbiedwaardigheid deel ik mee dat toen ik een altaar te midden van de altaren van uw nieuwe kerkgebouw gelegen begiftigde met de inkomsten van tien pond in goed geld te ontvangen van vijftien morgen land gelegen in Wulven, die nu door Jan, zoon van wijlen Lambert worden beheert, met andere inkomsten die van de genoemde vijftien morgen

(5) bovenop kwamen bij de eerder genoemde tien pond, jaarlijks betaald aan de dan dienstdoende priester die het eerder genoemde altaar bedient, eeuwig voorbehouden aan ons en onze erfgenamen, zoals in jullie document dat hierover is opgesteld

uitvoeriger staat, van welke morgen evenwel of van welk land jullie vrijelijk het eigendomsrecht hebben, dat door ons is afgestaan aan de onderscheiden man heer Lambert, genaamd Codde, kapelaan van het keizerrijk in jullie kerk, heb ik alle inkomsten van de genoemde vijftien morgen die erbij komen en die ons toekomen of moeten toekomen of onze erfgenamen in de toekomst en het eigendomsrecht daarvan om bepaalde en rechtvaardige verplichtingen, waarmee ik hem om

(10) een rechtvaardige reden verplicht ben, afgestaan en gegeven en deze en het eigendom daarvan geef ik hem en schenk ik door dit document, terwijl ik wil dat hij daarover vrij kan beschikken en beslissen, zoals het hem nuttig zal toeschijnen. Evenzo heb ik, Aleydis, dochter van de genoemde heer Lambert, weduwe van Arnout van Veen, elk recht dat mij in de genoemde inkomsten toekomt en zal kunnen toekomen in de toekomst, heb ik aan deze heer Lambert, genaamd Codde, middels mijn voornoemde vader afgestaan en geschonken en sta ik af en schenk ik door dit document.

Tot een bewijs hiervan meenden wij onze zegels te moeten hangen aan dit document samen met het zegel van de vrome man, de heer gardiaan van de orde van de (15) minderbroeders in Utrecht, waarvan we gevraagd hebben dat te eraan te hangen tot bewijs.

En wij de voornoemde gardiaan hebben op het verzoek van de voornoemde heer Lambert, ridder, en Aleydis, zijn voornoemde dochter, aan dit document ons zegel gehangen tot een bewijs van het voorgaande.

Gegeven in het jaar van de Heer 1309 op de dag van de heilige paus Gregorius.

Transcriptie en vertaling WvB.